

COLUMNA COCHLIS
M. AURELIO ANTONINO AUGUSTO
DICATA

eius rebus gestis

in Germanicâ, atque Sarmaticâ expeditione insignis,
ex S.C. Romæ ad viam Flaminiam erecta,
ac utriusque belli imaginibus anaglyphice insculpta:

BREVIBVS NOTIS IO. PETRI BELLORII ILLUSTRATA
ET A PETRO SANCTE BARTOLO [Bartoli]

*Juxta delineationes in Bibliothecâ Barberinâ asservatas,
ac cum antiquis ipsius Columnæ signis collatas
ære incisa*


ITERUM IN LUCEM PRODIT

Sub Faustissimis Auspicijs

SANCTISS. D.N. PAPÆ CLEMENTIS XI.

Romæ ex Chalcographiâ Dominici de Rubéis ad Templum S. Mariæ de Pace cum Privileg. Sum. Pont. ann. M.DCCIV.

STYLOBATES
COLVMNAE ANTONINAE
NVPER E RVDERIBVS CAMPI MARTII
JVSSV SS.D.N.CLEMENTIS.XI.EFFOSSVS
IN TRES TABVLAS DISTRIBVTVS.



*Cura, et impensis Dominici de Rubéis ad Sac. Aedem S. Mariae de Pace cum Priuileg. Sum. Pont. et Sup. permissu Romae Ann. MDCCVIII.
Franciscus Aquila opus hoc delineauit et incidit*



TAB. I.


Inscriptio, qua M. Aurelius, et L. Verus Antonino Pio Patri Augusto, ueterum Romanorum more inter Diuos relato, monumentum dicant

Scala Palmorum decem Architect. Rom.

DIVO·ANTONINO·AVG·PIO
ANTONINVS·AVGVSTVS·ET
VERVS·AVGVSTVS·FILII


TAB. I.

Inscriptio, qua M. Aurelius, et L. Verus Antonino Pio Patri Augusto, ueterum Romanorū more inter Duos relato, monumentū dicant




TAB. II.

Antonini Pii, ac Faustinae Agg. Apotheosis pluribus iisdemque exquisitis, aptissimisque symbolis expressa




TAB. III.

*Funeris decursio pompa in consecrationibus Virorum, Foeminarumque Augg. Romae obseruari solita,
Quartæ uerò Tabulæ, cum sit huic simillima, præterita fuit editio*



TAB. III.

*Funeris decursio pompa in consecrationibus Virorum, Foeminarumque Augg. Romae observari solita
Quartae uero Tabulae, cum sit huic simillima, praeterita fuit editio*





Beatissime Pater

Felici, faustâque Sanctitatis Vestrae nuncupatione in publicam usuram iterum redit Marci Aurelij Columna Cochlis, cui laudatus Petri Sanctis Bartoli Stylus multis ab hinc annis insudavit. Acceptus antiquitatis amatoribus labor, novoque nitore studio meo restitutus, nulli proprius fas erat inscribi, Beatissime Pater, quam Tibi, qui tum sacra tum prophana monumenta à temporum, hominumque iniurijs in diem vendicas, æternæque Urbis famæ consulis, ac splendori. Operis titulum immutare coegit egesta nuper in Campo Martio Antonina Columna, quæ hactenus eruditorum oculos latuit, et conjecturas adeo fefellit, ut contra fidem numismatum Marci Aurelij Cochlidem turpi lapsu Antonino dicatam crediderint, illiusque nomine publicaverint. Qua de re, Pater Beatissime, primâ in tabulâ ausus sum brevibus lineis utramque adumbrare Columnam Antoninam; Alteram scilicet Sixti V. Prædecessoris tui iussu instauratam, alteram magnificentiæ, curæque tuæ non sine divino consilio reservatam. Siquidem ignota hæc moles, penitusque ruderibus sepulta ideò contigit erui, ut meliori ævo, Te regnante frueretur, et memoria Imperatoris, cognomento Pij, sub Clementissimo Pontifice revivisceret. Valeas igitur, Beatissime Pater, bonoque totius Reipublicæ DEUS O.M. Sanctitatem Vestram diu sospitet, atque fortunet

Sanctitatis Vestrae

*Humill. servus, ac Subditus
Dominicus de Rubéis.*

Ichnographia Columnæ Antonianæ diuersis distincta mensuris pro ratione uariarum eiusdem partium, scilicet stylobatis, Basis, summitatis atque capituli ipsius Columnæ, cum additis inscriptionibus, unica ueteri, tribusque recentibus, quæ in stylobate leguntur




Pars Septentrionalis

TRIVMPHALIS
ET SACRA NVNC SVM
CHRISTI VERE PIVM
DISCIPVLVM EERENS
QVI PER CRVCIS
PRAEDICATIONEM
DE ROMANIS
BARBARISQ.
TRIVMPHAVIT

Pars Occidentalis


M. AVRELIVS IMP.
ARMENIS PARTHIS
GERMANISQ. BELLO
MAXIMO DEVICTIS
TRIVMPHALEM HANC
COLVMNAM REBVS
GESTIS INSIGNEM
IMP. ANTONINO PIO
PATRI DEDICAVIT

In summitate Columnæ



Pars Orientalis

SIXTVS V. PONT. MAX.
COLVMNAM HANC
AB OMNI IMPIETATE
EXPVRGATAM
S. PAVLO APOSTOLO
AENEA EIVS STATVA
INAVRATA IN SVMMO
VERTICE POSITA DD.
A.M.D.LXXXIX. PONT. IV.





Pars Australis

SIXTVS V. PONT. MAX.
COLVMNAM HANC
COCHLIDEM IMP.
ANTONINO DICATAM
MISERE LACERAM
RVINOSAMQ. PRIMAE
FORMAE RESTITVIT
A.M.D.LXXXIX. PONT. IV.



- 1 Inaspena huius columnę numerantur hodie gradus centum nonaginta, reliquos obrutos, qui ab antiquę portę limine incipiebant, septem aut octo esse credimus.
- 2 Fenestelle, item numerantur quiddraginta in Columnā, et quatuor alie exstabant in ueteri basi; quarum tres in noua ipsius basis incrustatione clausę operteque remanent, una tantum aperta.
- 3 Gradus obruti, ac subterranei, qui ab antiquę portę limine incipiebant.
- 4 Recens basis a Sixto V. instaurata.
- 5 Antiqua basis faes.





1. Horrea vallo munita, in quibus cibaria, et comestus reponerantur.

2. Fenilia seu Palearia in pabulum equorum, iumentorumque castransium.

3. Trabes in struem compositae castellis, pontibus, vallibus, ceterisque bellicis impedimentis molendis.

4. Turris, seu Castellum ligneum in Danubij ripa praesidio militum communitum, ad tutelam annonae.

in horreis adseruatae, atque etiam ad vallibus, castrorumque praesidium.

5. Vallum, quod fluminis ripam, longo tramite, muris palis, seu sudibus instructum.


6. Vigiles, seu Excubitores ad custodiam horreorum, et Vallis praesidium ante fores Castellum consistentes.



1. Danubij fluminis genius faciem conuerit Septentrionem versus, brachiumq, et dexteram manuum dirigit propitius Marso, exercituique Romanis in Germaniam traiccienti, ut ipius auspicijs de Marcomannis, et Quadis victoriam consequatur.
 2. Oppidum, quod ripae Danubij imminet, Carnutum, vetus, ac nobile in finibus Germaniae, et Pannoniae esse censemus. In hoc stationem habebant Romani milites, ac praecipue Legio XIII. Plinius Pannonica hyberna eum locum appellat, hodie Castrum Haimberg.


Castra seu Pannonica hyberna.

3. Profectio Romani exercitus ex hybernis Carnuti Danubium traiccientis.
 4. Arma per fluminis alueum transuecta, clypeiue fulminatrici legionis fulminibus insignes.
 5. Cibaria ex horreis extracta, ac fluuiatilibus scaphis transuecta in alimenta militum, frumentum, seu farinam esse, ex alligatis saccis coniungi potest.
 6. Scapha vinaria cuppis, seu cadis onusta.




1. Romanus exercitus, ponte e nauibis constructo, Danubium trajcit, hostilemque occupat ripam.
 2. Marcus Augustus paludatus, ac thoracatus pilum tenet inter duos legatos seu Tribunos conspicuus.
 3. Equus Augusti phaleris, habenis, preciosisque loris incinctus. Stragula præterea habet, seu duplex pallium,

quod equi Imperatoris paludamentum vocat Lipsius; sagum uero' in alijs.
 4. Liticines præeuntes. Lituus instrumentum curvum, et retortum in semetipsum, cuius sonitu milites ad pugnam, et ad alia officia vocabantur; differebat a tuba quæ recta est



1. Marcus, transito Danubio, milites alloquitur, eosque hortatur, ut virtute, ac robore præstent, seseque ad pugnam, et victoriam accingant.
 2. Legati, ac Tribuni, qui in concione Marcum comitantur.
 3. Centuriones, siue à libellis clamidati, sub suggesto Imperatoris, et ante signa consistentes volumen manu tenentes.
 4. Signa militaria manipulorum more expressa. Extensa manus in summitate, vel mani-

-pli, vel fidei, et sacramenti militaris index. Hastæ decorantur coronis, titulis, et clypeis, in quibus tum Deorum, tum Imperatorum vultus.
 5. Vexillum equestris turme: modicum velum quadratum ex purpura, et auro.
 6. Signiferi pelliti leonis exuvii capite obducto, ut hostibus terrorem incuterent, eosque avertent à signis.
 7. Equitum turme, ac pedites ab Imperatore Marco in hostes missi, ut repentino prælio eos adoriantur.



1. Castra Romana in hostili solo posita

Cum uniuersa hæc columnæ facies consumpta uix appareat, in ea delineanda quo ad potuimus, uestigia secuti sumus. et quia huiuscemodi malum ab igne deriuatum sepe accurrit, ne hanc obseruationem ad nauseam repetere cogamur, signabimus in posterum hoc asterisco *




1. Repentina ui in fugam actis, peremptisq. hostibus, pagum, seu uicum Romani milites incendunt
 2. Aedificia, et Domus Germanorum rotundæ ex sceno, seu palea, inter se absq. ordine discretæ nulla fenestrarum aperi-

tionem, sed ianua tantum accomodatæ aduersus frigus hyememque aquilonaris regionis; de quibus Tacitus .
 Capiuolinus refert Marcum in ipso aduentu, statim uictoriam consecutum fuisse Marcomannos in ipso transitu Danubij deleuit.




1. Germanorum Legati, seu finitimi Reguli, victorię famā perterriti Imperatorē adeunt, cuiusque clementiā implorant. Equis insidentes suppliciter manus admouent. Vexillifero et militib' adstantib'.
 2. Marcus Legatos alloquitur, digitumque intendens eis præcipere videtur, ut arma deponant, atq; in fidem permaneant.
 3. Iacentia Germanorum cadauera.
 4. Romanus miles victor gladio iussu Germano, qui vitam deprecatur, iunctis, elatisq; ad celū manibus.

5. Tentoria, seu tabernacula, et castra.
 6. Vigiles, seu excubitores hastis innixi.
 7. Sagitta, siue ibi amys quæ tunice, lorice imponebatur, ac fibula dextero humero necebat.
 8. Lorica hamata, seu squamea hamis conserta.
 9. Alia lorica non ex hamis, aut squamis, sed ex lamellis sectis interdistincta.




1. Quadorum regionem Marcus ingressus locatusq; ad Marum amnem, castris, potitus ripã consedit aggressurus. Quados, et Marcomannos confinio, et fœdere iunctos in Romanos.
 2. Marus fluvius, nunc Moravia, qui ex aquilonari Danubiÿ ripa primus occurrit, Quados diuidens.
 3. Marcus ante castrorum fores in ripa fluminis consistens, improvise funditorum manu, ex adversa ripa,

saxorum, sglandiunque ictibus impetitur: a suis uero militibus abtegitur, atque defenditur clipeis.
 4. Funditores Germani braccati, superiori corporis parte sine tunica denudati, sago, seu clamide tantum amicti, ut expeditiores in pugnam insurgerent.
 5. Castra Romana ad Marum amnem.
 6. Arbores Hericiniÿ saltus, qui sub Boiohemo Quados cingebat, usque ad mari confluentem.




1. Machina, seu repagulum ad compescendam aquarum alluvionem propè castra, ab hostibus immissam, uel ad exciccandas uligines, et paludes; nam præter repagula, funis etiam ualidus inter aquas apparet
 2. Marcus, commisso prælio uictoriæque potius, loca perlustrat

3. Strata cesorum Germanorum in prælio cadauera.
 4. Quadi, presso altero genu, et adpositis clipeis, subsident in ripâ, alueumq, defendunt. Huius anguli superficies igne absumpta planè perspicere non potest.



1. Sequitur in hoc angulo deleta sculptura ut, ex notis uero, quæ supersunt sacrificia apparent.
 2. Milites Romani uado inuento, flumen traiciunt

3. Marcus Aurelius in suggestu sedens equitatum ad pugnam educit.



1. Auxiliares Germani sagittarii in fronte Romanæ aciei congregiuntur cum hostibus, qui sagittis, et frâmentis inuicem præliantur.

2. Ballista, seu machina bellica

3. Marcus Aurelius discrimen subit, ne cum exercitu universo opprimatur angustia locorum interclusus, ab ingruente hostium manu, siti solisque ardore laborans. Reliqua in sequenti.

Romæ ex Chalcographia Dominici de Rubens ad Templum S. Mariæ de Pace cum præiul.



1. Iovis pluviæ simulacrum poeticâ elegantia expressum. Dexteram Deus Romanis propitiâ subleuat, sinistram dimittit prementem barbaros. Cum Romanæ Legiones interclusæ ab hostibus siti perirent, precibus Mitidenorum Militem, qui Christum colebant pluviâ diuinitus missâ, releuati sunt, quæ Romanos iuuu, hostibus grandine, ac fulminibus exitio fuit. De quo miraculo consule Baronium.

2. Romani è cælo manantem salutareque pluuiam clypeis suscipientes.

3. Quadi cum equis tempestate, ac fulmine icti.

4. Viri, et mulieres cû natis confugientes ad Marcum, quasi illi diuinitatis compoti ether. pugnaret.

5. Mulieres, nullâ corporis parte detectâ, ut auctores de Germanis referunt, imò longâ tunicâ, et capitis amiculo relate.



1. Cælesti clade hostibus affectis, Romani, reparatis viribus, et ad vltionem accensi, Quados aggrediuntur, eosdem pilis transfixos profligant, sternuntq.
 2. M. Aurelius ante tentorium, suis adest, equitum turmas, peditesque in hostiles agros mittit, eosque hortatur, vt, modò non angustiis locorum, et sui obsessi, aperto


- Marte, immortalem gloriam consequantur.
 3. Plaustrum Sarmaticum, scribit Tacitus, à Germanis differre Sarmatas, quod isti pro tecto, et domibus vterentur plaustris.



1. Romana acies in hostiles agros deducta barbaros ad interfectionem cedit.
 2. Victores pagos inuadunt, domosque iniectis facibus incendunt.
 3. Victi armis abiectis, clementiam implorant.

4. Liberi coniugesque in seruitutem abstracti: Mater cum nato captiua à milite impetitur, et crinibus trahitur: Moris fuit inter prædas victarum gentium, feminas crinibus trahi, ut de Andromache, Euripides, et de Cassandra Virgilius.

Romæ ex Chalcographia Dominici de Rubeis ad Templum S. Mariæ de Pace cum priuilegio.



1. Diraptis, incensisque castris, clementissimus Princeps Marcus supplicibus parcat, finemque
cedibus imponi mandat.
2. Armenta, et pecora ex præda ad Imperatorem adducuntur.

3. Regulus cum vxore captiuus ducitur, manibus ad sinum laqueo obstrictis: qui mos
adligandi Reges, ducesque captiuos, obseruatur in antiquis simulacris.
4. Marcus consistit in fluminis ripa, vt in sequenti.



1. *Regulus, siue alicuius ciuitatis Princeps in fluminis ripa, ad Marcum in altera ripa stantem manus suppliciter tendit, seseque dedentem exhibet, ut in antecedenti.*
 2. *Si ex Quadis in Boiohemum proficiscitur Marcus, vel annum Marum repetit, vel cuius piam fluminis Marcomannorum ripas tenet. Si uero in posteriores Quados ulterius arma conuer-*

-tit, ut verisimile est, amnis qui interfluit, vel Cusū, vel Granuam, in Quadorū confinio representat.
 3. *Anni tempus æstiuum indicat maturæ segetes. Germania porro segetum fertilitate laudatur.*
 4. *Mulieres hosticis incursionibus, et cædibus exterritæ ex agris confugiunt ad fluminis ripam*
 5. *Pugna Romanorum cum hostibus*



1. Sequitur Pugna. atque caedes. Occidit equo hostis, sauciusque dilabitur: ipsumque vulnerè, correptum, nouo ictu uictor prosternit.
 2. Velum seu iaculatorum pugna, qui brachio clypeum aptantes, dextera perbreue missile pilum iaciunt in hostes.

3. Currus, uel Rhedæ mulis, bobus, et equis tractæ, inqueis dolia uina asportantur. referta.
 4. Captiui manibus post terga reuinctis, sistuntur ante Imperatorem, qui dexterae manus indice eleuato, ipsorum perfidiam exprobrare uidetur.



1. Marcus Augustus in fronte equestris turme conspicuus ex superioribus locis Quados aggreditur, et expellit.
 2. Deturbati eiectique deorsum decidunt Quadi, et ad mortem precipites dantur.
 3. Arma plaustris transuecta ad usum exercitus.

4. Nauigia per amnis alueum armis, ac milibus onusta, ut Marcus uerum hostes premat, inque suam potestatem uniuersam regionem redigat.
 5. Auxiliares Germani sagittarij aduersus Germanos transuecti.




1. Arma seu bellica impedimenta plaustris transuecta, exercitus usui parata, ac opportuna
 2. Marcus ante prætoria portam in suggesto, exercitum flumen transire mandat, ut in sequenti

Romæ ex Chalcographia Dominici de Rubeis


3. Equestre prælium committitur, Romani pilis Quadi, seu Sarmatæ socij ac finitimi falcatis, et incuruis gladijs pugnant
 4. Omnes Germani equites sine ephippijs aut stragulis equitant. Stapedarum uero usus equis Romanis ac barbari ignotus

ad Templum S. Mariæ de Pace cum priuil.



1. *Transitus, et sacrificia in hac tabula, et noua castra in sequenti, mutatam belli sedem indicant; edomitisque Marcomannus, et Quadi, in Iazygas sarmatas ipsorum socios uictoria Romanorum arma prolata.*
 2. *Pontes hui non longè dissiti, siue Granus, quæ biceps est, impositi, siue etiam alteri flumini propè Granuam ipsam, in Danubium conflenti.*

3. *Hostes in occursum à Romanis conficiuntur in agris, qui inter utrumque alieum intercedunt.*
 4. *Equus delapsi, soloque procumbentis Germani.*
 5. *Imperator potius aduersa ripa, Ioui, ac Marti taurum, arietemque sacrificat.*
 6. *Tripus argenteus, vel aureus. Camillus cum acerra. Miles • tubicen.*



1. Popa taurum sistit, subsequariles si hec sacra ad Suovetaurilia referantur, sus in marmore decet.
 2. M. Aurelius Sarmatiam ingressus, legatos excipit in castris, quorum antesignanus, protensa dextera, conditiones pacis exposcit, ne tamen infecta.
 3. Castra Romana, eorumque ichnographia.

4. Liticen in fronte agminis classicum canens.
 5. Marcus signo dato, legiones e castris educit.
 6. Equi a militibus tenti, et adseruati, dum interim alij flumen traiciunt.



1. Lintribus, seu fluviatilibus scaphis legio fulminatrix traducitur in ulteriorem ripam.
 2. Marcus equo vectus aduenit, suos confirmat.
 3. Fulminatrix legio, vix egressa nauis, in hostes prohibentes ripam, acriter impetum facit.
 4. Sarmaticus equitatus peditibus Romanis circumagitur, et repentino terrore concutitur;

alijs in fugam versis, alijs equo disiectis, et confossis.
 5. Notandum milites Legionis fulminatricis, semper fere Imperatorem Marcum pone sequi, eiusque lateri adsistere, ob eorum virtutē, ac fidē, praecipue insigni miraculo spectatam.




1. Aliqua desiderantur in marmore asterisco notata.

2. Fusis hostibus ad fluminis ripam, Romana acies cum bellicis impedimentis in interiorē regionē proficiscitur.

3. Marcus ante tabernaculum, signo dato, profectionem imperat.

4. Liticen de more classicum cantu præsente Imperatore.



1. Marcus cum Legatis de bello decernit.
 2. Legatus, qui cum Marco agit, Publium Helvium Perinacorum eum esse credimus, qui postea Commodus in imperio successit. Is Marci fuit Legatus in hoc bello, ei que, ob egregiam virtutem, carissimus.
 3. Signa in clypeis appicta dignata olim dicebantur, quibus legiones distinguebantur.


4. Sagittarii Germani ad defensionem suorum incedunt ut in sequenti.
 5. Currus viminibus contextus.



1. Pagorum, vicorumque principes cum plebe in agro ad publicum concilium congregati considunt, delibetate, ac publica salute, deq. bello aduersus Romanos decernentes Marci verò improuiso aduentu de :

prehensi, timore, atque admiratione correpti, in ipsum ora oculosque conuertunt.
2. Marci repentino appulsu, obsistentes Germani transfixi concidunt, alij aduenerationem procumbunt.

Romæ ex Chalcographia Dominici de Rubeis ad Templum S. Mariæ de Pace cum priuilegio.



1. Aedificium asterisco adnotatum Romano more, ex marmore quarato constructum est, cum tribus tabulatis, totidemq; fenestellis, in quarum singulis caput exerunt barbari obsides, seu captivi detenti.



2. Regulus siue legatus Germanorum Marcum adit, eique Imperator, extenso digito, aliquid videtur precipere. Vicos, pagosque inuadunt Romani, et cum barbaris acriter pugnant.





1. Pagis vicisque relictis, refugę committunt Germanę mulieres, in nemorum, ac paludum latibulis,
ut libertatem tueantur.

2. Marcus Aurelius Germanos in paludibus abditos alloquitur, eisque porrecta dextera pollicetur salutem.
3. Germani in paludib' deprehensi a Romanis quorū alter admota manu, Marci clementiā suppliciter inuocat.



1. Abreptis armentis, et pccoribus, domos incendunt Romani
 2. Cruento bello exorto, a tergo, et a front instant Romani
 3. Germani turbatis ordinibus concidunt, atq; in seruitutem trahuntur

4. Inter captiuos mulier radiata corona insignis, quam alia mulier obdignitatem comitatur: forte ex illis fatidicis vna, quæ loco numinis apud Germanos habebantur. Apud suiones tantum feminas olim dominatas fuisse Tacitus scribit.
 5. Marcus hostes in paludibus abditos queri imperat



1. Marci iussu Romani abditos paludibus hostes, noctu, prae-lucentibus facibus quærent.
 2. Perculsi Germi equo decidunt, atque infugam vertuntur.
 3. Marcus suggesto sublimis Regulos, seu legatos excipit, eisq[ue] digito protenso, conditiones indicit.

4. Proceres, seu Legati a Marco pacem deprecantur.
 Observandus legatorum mos in petenda pace, reiectâ ad pectus clamide, atque in sinum composita, et complicata. fuit hoc pacis signum



1. Subsequuntur pileati, eodem clamydis gestamine, quo Legati in antecedenti tabula, illi detecti hi pileum patrio more in capite gerentes
 Pileatos ex primoribus Dacis ut pacis condiciones postularent Decebalus misit ad Traianum

2. Germanorum equitatus precipiti fugi dilabiur e pugna silvasque petit, ut in sequenti.
 3. Legionarij pro castris in statione collocati.

Romæ ex Chalcographia Dominici de Rubeis ad Templum S. Mariæ de Pace cum priuilegio.



1. Hostium copias magna vi, contundunt Romani, equitatu ac pedestri agmine pulso
 2. Acriter pugnant, fortiterque concidunt Germani.


3. Cum Marcus praelijs plurimis Marcomannos, Quados, Sarmatas subegerit, uniuersa regione
 popitus, suos legatos, tribunosque consulit de extinguendis hostium reliquijs.



1. Vltimum committitur prælium, in quo Germani reparatis uiribus, extremum belli-
discrimen subeunt, sed facio aduerso, infelicitur succumbunt


2. Procures, Regulique Germani bello fatigati, Marci clementiam experiuntur, uictori
se committunt, securitatem, uitamque ab optimo principe deprecantur

Romæ ex Chalcographia Dominici de Rubens ad Templum S. Mariæ de Pace cum priuilegio.



1. Romani hostium castra duplici testudine aggrediuntur inbricatis scutis tecti
2. Germani arma, saxa, rotas, faces, desuper iaciunt; pilis, telisq. propugnaculis dimicant
3. Romani equites infestis pilis hostes a muris auertunt

4. Romani immissas faces rejciunt.
5. Propugnacula Germanorum stramentis, ac uiminibus contexta
6. Adlocutio ut in sequenti



1. Marcomannis, Quadis, Sarmatis devictis, Marcus de conditionibus pacis, ac legibus, quas barbaris laturus sit, deque Cassij rebellione milites alloquitur.
 2. Lictores paludati.
 3. Trophæa de Germanis, Arboris trunco affixa spolia Germanorum, eidemque impositum paludamentum barbaricum villosum Gausape dictum.


4. Pileolus villosus, siue galericulus ex capillis consutus.
 5. Victoria clypeo inscribit. Legitur in antiquis nummis VIC · GER Victoria Germanica pede galeam calcat, victoriæ symbolum.



1. Alterum trophæum spolijs decoratum Draconum signa, secures, hastæ, vel fræmæ, scuta longa tereti ambita formata, aliæque octogona Germanis usitata
 2. Intrunci summitate galea, qua raro usus fuisse Germanos Tacitus scribit, et nunquam in hac columna apparet


BELLVM · GERMANICVM · SECVNDVM

3. Acto Romæ de Germanis triumpho, Cassioque extincto, cum iterum barbari conspirassent, ad eos comprimendos Marcus denuo in Germaniam profectus, bellum Germanicum secundum suscepit.
 4. Germani proceres, ac maiores natu cum liberis, supplices Imperatorem, adewit, manus humiliter demittunt, aut suâ fidē probantes, aut se in fidem recipi deprecantes.



1. Immissus Romanus equitatus pedestrem barbarorum aciem undique circuit, inq; sylvis latentes hostes eo acrius aggreditur quod renovato bello, optimum Imperatorem, laboribus, atq; etate defessum denuo ripam Danubij transcendere coegissent.
 2. Germani in desperationem adducti, quod, rupta fide, Romanos eluserint, ferociter pugnant, sed frustra aggress-

-orum impetum retundere conantur
 3. Mulieres, ac senes imbelles captivitatem complorant, cum pecoribus in potestatem uictoris redacti
 4. Pallium cum clypeo inuoluunt Germani sinistro brachio Aliquando sagum pro clypeo sumptum a Romanis Lituus
 * Reliqua in marmore consumpta uix apparent 5. Eques sagittarius



1. Regionum equorum custodes
 2. Equi Regis Quadorum cultu differunt à Romanis, quod phaleras, palliumq. non habent, sed breui sternuntur.

stragulo non absimili illis, quæ nostri bardellas uocant
 3. Rex Quadorum, seu Marcomannorum propè tentoria, alloquitur, ac in fidem recipit alicuius ciuitatis principem belli socium



1. Germanæ mulieres captivæ præ dolore, ac metu exanimæ
2. Miles squamea lorica armatus
3. Miles loricaus ex lamellis, aut segmentis, quæ nostri maglias nuncupant

4. Quadorum Rex fluenti ad talos paludamento conspicuus, sceptrum seu volumen dexterâ tenet, atque miserando adstat supplicio, dum plurimos Germanos capite plecti iubet, quod cum Romanis societatem, ac foedus inierint, ideoque patriæ hostes habiti.



1. Germani, procures ad Augustum manus tendunt, in eius fidem, ac potestatem uenientes
 2. Marcus inter duos legatos sedens
 3. Legati cum Imperatore selle honore paricipes; sed alterum ipsorum ad dexteram sedentem, Commodum Marci filium esse opinamur, qui patrem ad secundum bellum Germanicum comitatus fuit, ut ex Lampridio. Unde non semel in hac

columna cum patre Commodus iuuenis conspicitur
 4. Secundum praelium, quo uerum Germani a Romanis interclusi concidunt
 5. Germanus eques protensa dextera uitam deprecatur, se seque dedit
 6. Milites cirrata, uillosa clamide, seu gausape, frigoris causa induti



1. Sequitur equestre prælium, in quo Romanorum turmæ contra Germanorum equitatum ferociter instant


2. Germani impetum Romani equitatus non ferentes fugæ se committunt

Romæ ex Chalcographia Dominici de Rubens ad Templum S. Mariæ de Pace cum priuilegio.



1. Boves et pecora ex direptis agris
 2. In sylvas aufugientes barbaros Romani comprehendunt
 3. Miles uictor arreptis crinibus uicti hostis iugulum petit; moriens infelix dimissum ferrum frustra manibus
 auertere conatur

4. Alter Germanus trepidans fugam intendit formidine necis
 5. Capti Reguli, manibus post terga reuinctis, uillosa ac fusiori chlamyde induti
 6. Equitum turme squamea lorica, qua, et pedites legionarii insignes
 Armatura equitum, lorica, galea, gladius scutum, et hasta, quæ tum equitibus, tum peditibus fere uidemus communia




1. *Marcus Augustus castrensi selle insidens, tunica tantum militari, ac paludamento amictus*
 2. *Duo Regulorum capita absissa exhibentur, simulq. captivus trahitur a militibus gratiam et premia, ob strenuam rem gestam, expectantibus ab optimo Principe*

3. *Captivus trahitur ad Imperatorem*
 4. *A diversis hostes aciem dirigunt Romani, eosque aggressi, partim iulneribus obruunt, partim in servitutem redigunt, ut in sequenti*




1. Ingenti iterum accepta clade, Germani in deditionem ueniunt
 2. Vexillifer ceterique maiores natu cum mulieribus captiui ducuntur
 3. Mater cum duobus natis, alterum ipsa manu duci, alterum pone sequentem in matris amplexu miles rapit

4. Germanarum feminarum talaris tunica manicata, supra quam alia breuior tunica instar colobij
 5. Mulier chlamidata de quibus singulis infra
 Huius anguli sigilla in instauratione Columnæ refecta sunt




1. Inter cesorum cadauera letho datur captivus, qui alterâ manu scutum tenet, alteram præ dolore aperit. At tergo miles, crinibus arreptus, in collum miseri pugionem stringit, ac uocis iter secat

2. Undique trahuntur captivi ad Marcum Augustum; sed universa ferè huius tabulæ signa refecta, ac restituta fuisse animadvertimus;



1. Equestri prælio acti Germani equites, terga uertunt, ac concidunt
 2. Fuga concitatos, per montes insectantur, atque interimunt Romani

3. Germanus eques fugam sistit, retroque se conuertens, uictori insequenti manum extendit, deditiois signum



1. Prædam, ex omni pecore, milites abducunt, in alimenta exercitus; et ideo frequens est, in his tabulis pecudum præda

2. Direptis præsepibus, uicisque populatis. cum pecoribus trahuntur mulieres captivæ de quarum uestitu Tacitus: partemque uestitus superis in mammas non extendunt, nuda brachia, ac lacertos



1. Imperator Marcus siue flores, siue fructus Dijs adolet, e patera uinum, aut liquorem effundens, ac de more, ante praelium, sacrificat
 2. Vexilla tria trium legionum signa

3. Imperator lorica fimbriata aureis, pretiosisque fimbrijs, seu fascijs, et segmentis, duplici ordine, e thorace ad genua dependentibus, armatus
 4. Pedestris acies in suorum auxilium missa; dum ingens, ac periculosum geritur bellum




1. Ex omni parte, undique concurrunt Romani, ac barbari tum pedestribus, tum equestribus copiis, effusis; atque exitiosum praelium committunt; in quo tandem concidunt barbari.

* Cum huius tabulae sculptura, disruptis, deletisque Columnae lapidibus, pro arbitrio, repositis signis, restituta sit; nos, veteris exemplaris delineationem secuti sumus, quam hic exhibemus.



1. Sequitur belli clades, et cedes, in qua uicti ex iure gentium, serui efficiuntur
 2. Captiuorum indumentum, non sagum est, dextero humero fibula consertum, sed quadrata chlamys utroque humero adligata

3. Equestres auxiliares turmae ex ipsis Germanis aut, alijs barbaris, cum frameis, aut hastis; de quibus Capitolinus: emit,
 et Germanorum auxilia contra Germanos De Aetingis Dio



1. *Profectio exercitus, subsequens in extremo agmine, auxiliarijs sagittarijs Germanorum*
 2. *Imperator flumen traiciens cum exercitu*

3. *Vix trajecto flumine, siue Granua, siue Vistula, siue alio amne, Romani adoriuntur hostes, ingentemque dant stragem*




1. Vniuersa fere' huius tabule facies deleta, ad pristinam similitudinem ex uestigijs restituta est, ceterumque,
et captiuitatem ob oculos ponit




1. Marcus, inter Legatos, medius, navim conscendentibus militibus, seu iisdem ad castra accedentibus, adest
 2. Excubie ante Tribunorum, uel ipsius Imperatoris tentoria, in prætorio

3. Remiges milites flumine nauigant




1. Milites, ex Romanæ militiæ disciplinâ, atque exercitatione, castra locant, ac ædificant
 2. Saxum dolatū et quadratum, fune adligatum super humeros, facilius oneri ferendo, ad munifices suos miles deducit

3. Adlocutio militaris
 4. Milites quadratâ ueste, seu lacernâ cucullata, frigori, pluriq̃ue arcendę, amicti




1. Traiecto flumine, Romani impetum faciunt, et maiores natu cum liberis in servitutem rapiunt
 2. Sarmaticę, seu Germanę mulieres in plaustis sedentes, suppositis pulvinaribus ad mollitiem

3. Milites ad concionem vocati



1. Adlocutio Marti Augusti, comitantibus Legatis, ac Tribunis in suggesu
2. Preda, et captivi ex agris vicisque

3. Iuvenēs bini captivi pallio quadrato ex duabus plagulis quadratis confecto, induti



1. Fluvius, qui e saxo manat ex diversis Germanie regionibus, in quibus bellum geritur, non plane constat, an Albis, Ma-
rus, Custis, uel Granua sit; an alter ex Sarmatia in Danubium influens
2. Germani braccati tantum, cetera nudi; de quibus Seneca, Tacitus alique

3. Ponte imposito, premisa in exercitus fronte equitum ala barbaros ripam defendentes aggreditur, ac sternit
4. Marcus Augustus adstat cum universo exercitu, tamquam pontem transiturus



1. Equestres turme in extremo agmine subsequuntur Imperatorem; dum interim committitur pugna, ut in antecedenti

2. Equestre praelium, in quo Romanis irruentibus, turbati barbari procumbunt, ac precipites fugam arripiunt



1. *Bellica impedimenta: commeatus, sarcinae, arma imposita carris, trahuntur ad nova castra, interim extracta*
 2. *Discrimen inter Romanorum rhedas, et Germanorum plaustra: haec rudiora, cum duabus tantum rotis tornatis sine radijs; Romanorum uero carri elegantiores, et quatuor rotis radiatis instructi, atque exornati*

3. *Constructio castrorum ex lapide quadrato*
 4. *Lapidaria scalpro lapidem in quadrum redegit, atque operi aptat*
 5. *Faber lignarius trabem modulo dimetitur*
 6. *Ex silvis abscissos truncos ferunt ad munitionem castrorum*



1. Adlocutio Marci Augusti in suggestu, medius inter Commodum filium, ac Perinacem, milites ad prælium confirmans

2. Tentoria non in castris, sed in campo, seu in agro ex belli necessitate




1. Pedatus Romanus equestres Germanorum turmas, acerrima pugna delet
 2. In paludibus, et montibus fugientes mulieres rapiunt victores

3. Mortis metu exterrita mulier brachium militis ferro ipsis pectus patiens, retinet
 4. Marcus Augustus operi adstat, ut in sequenti



1. *Castra, seu arcem Romano more, ex lapide quadrato constructam, iussu Augusti, diruunt milites, ne hostibus præsidio sit*

2. *Equitatus præsidio destituti Germani pedites à Romanis strati prociombunt*
 3. *Germanus equitatus, Romanis equitibus insequentibus, fuga abreptus, salutem consulit*



1. Adlocutio Augusti
2. Miles lacernatus, lacernâ ad pectus adligata

3. Marcus Augustus in pretorio, ad quod patet aditus scala duplici
4. Agris, vicisque vastatis, milites incendunt casas e palea, ac viminibus constructas. Hæ casæ ab alijs differunt, quod geminas portas habent.



1. Incensis vicis, abditi silvis uincla patiuntur Germani. submissum uictor genu calcat, ac deprimi
 2. Sarcinæ militares transuectæ, receptis inter ordines, impedimentis
 3. Pedestres copiæ, in fronte, Imperator in medio agmine, equitatus in postremo

4. Grauius armaturæ milites cum scutis imbricatis, ut in descriptione testudinis tab. 36.
 5. Levis armaturæ equites cum clipeis tereti ambitu rotundis; cuius magnitudinem ex mensura humani corporis agnosces
 6. Galea ferrea, uel ænea, loris ad guttur adligata; in cono circulus cum cristis, seu pinnis



1. In ultiores fines progressi victores iterum, iterumque fundunt barbarorum copias
 2. Saucij Germani in ora prora, sicuti strenue cecidere aduerso, resupinoque corpore procumbunt
 3. Adueniens Marcus suorum uictoriam confirmat, hostiumque equitatum ad fugam compulsam intercludit

4. Castrorum muri cum pinnis
 5. Duplex sagum ex utraque corporis parte
 6. Mulieres Germanorum captivae ducuntur



1. *Marcus Augustus equo uectus, cum Legatis decernit de ferendo auxilio oppugnatis castris. ut in sequenti*
 2. *Triectus extremi agminis*
 3. *Pedestribus, atque equestribus copijs eadem arma, idemque habitus.*

4. *Torax linteum, seu coriaceum, aut ex coactili lana*
 5. *Tunica, seu subarmale*
 6. *Subligar seu femoralia*



1. Romanus equitatus, iuxta ponte trajecto, Barbaros prementes Romana castra, aggreditur, et cruenta pugna profligat
2. Marcus Augustus ad pugnam, et victoriam suos confirmat
3. Pedestrium milium manus, e castris erumpens, hostes intercludit

4. Legionarij intra castra habiti se se munimentis tenent
5. Staphedas, seu subicem pedaneum non habent Romani equites




1. Castrorum munimenta, in quibus commēatus, et uini dolia asseruantur

2. Pecudes ex praeda deducuntur ad castra, uallo adseruanda

3. Marcus profectio exercitus adest; ac interim arma scaphis onerariis, et carris imposita, constructo ponte, transuehantur

4. Sudarium seu mappula ligata circa collum, ad tergendum sudorem, ut in omnibus fere huius, ac Traiani columnę signis
haud absimilis lintee fasciæ, quam nostri milites crōattam uocant

Roma ex Chalcographia Dominici de Rubens ad Templum S. Mariæ de Pace cum priuilegio.




1. Pons ligneus, opere cancellato constructus, defixis in alveo trabibus, oneri ferendo, et aduersus alluiones stabilis
 2. Marcus in fidem recipit legatum supplicem ex publico concilio missum

3. Germani ad publicum concilium congregati de salute, ac deditione decernunt
 Paludamentum Imperatoris colore purpureum seu coxineum. Sagum gregalium militum ex crassiori lana natio colore
 alba. Sagum militem uidimus tab. VI.




1. Bina propugnacula, et castella in utraque ripa amnis ex monte defluentis.

2. Locus sane altitudine, ac fluminis opportunitate, munitus a Romanis; sed universa hec facies consumpta ex uestigijs restituta est.




1. Marcus victor adueniens sublata dextera, supplicibus pacem indicat
2. Mulieres ac uiri per fluminis alueum scaphis aduecti ad Marcum accedunt
3. Mulier tunicata, chlamidata uelata
4. Chlamys muliebris ad tegumen capitis extenta
5. Tunica manica ad pedes defluens; descripti enim illa prisca nuditas feminarum a Cesare, ac Tacito descripta

6. Miles segmentis, seu ferreis, aut æneis laminis armatis
7. Tunica, seu subarmale
8. Subligar seu femoralia
9. Caliga plantam solea, pedem retinaculis muniens usq; ad talos, reliqua tibię parte nuda



1. Sequuntur Dediti in ripa fluminis nauim conscendentes
2. Mulieres Germanicę seu Sarmaticę plaustris uectę
3. Sagum Germanorum dextero humero fibula consertum
4. Tunica manicata

5. Bracę quę fęmora, et crura tegunt, ac exprimunt; quarum integram formam uidimus tab. LIV. et alibi
6. Calceamentum pedes tegit
7. In aliam regionem, alio flumine, trajciunt Romani, uictasque captiuos trahunt



1. Ad genua procumbunt uicti

2. Præda armenta, et pecora, Germanorum opes

Hæc triumphalis columnæ, ac belli utriusque Germanici, in ipsa descripta ultima facies; quamquam optimus Imperator Marcus, nondum huius secundi belli reliquijs extinctis, interijt

Romæ ex Chalcographia Dominici de Rubéis ad Templum S. Mariæ de Pace cum præul.



1. Caput M. Aurelij.
2. PROECTIO AVG-ad bellum Germanicū nummus maximus ex Pinacotheca Christing Re-
ginae. 3-4 ADVENTVS AVG-VIRTVS AVG-Imperator traiciens Danubium.
5 ADLOCVTIO AVG-6 PROVIDENTIA AVG-Imperator milites de more alloquitur.

7. CONCORDIA EXERCITVVM-duae manus iunctae cum signo Legionis.
8. FIDES EXERCITVVM-Dea Pax cum caduceo.
9-10 Imperator Fulmen tenens a Victoria Coronatur Quadis Devictis.
11-12 VICT GERM-laurea Marco dicata ob uictoriam Germanicam.

13-14-15 Victoria Germanica.
16-17-18-19-20 Trophea captiui ac Prouincię Germanorum et Sarmatarum.



21-23-24 Trophæa et Captiui Germanorum, et Sarmatarum.
25-26. Marcus rediens Victoriam Germanicam Romæ præbet.
27. Currus triumphalis Victorie Germanicæ. 28. Iuppiter Victor Capitolinus.
29-30. MARTI VICTORI cui spolia dicantur.

31. SECVRITAS PVBLICA ex metu Germanici belli. 32. Statua equestris Marci Aurelij hodie in Capitolio. 33. Caput Commodi, qui patrem Marcum bello Germanico secutus est.
34. PROPECTIO AVG Commodus proficiscens ad bellum Germanicum. 35. PRINC IVVENT Commodus apud trophæum Germanicum. 36-37. 38. Trophæa captiui de Germanis et Sarmatis.

39. Effigies Antonini Pij. 40. Columna Antonini Pij modo e ruinis egesta, et pro Cochlide Marci Aurelij à Bellorio, alyque antiquitatis studio sis per errorem hactenus habita ut eruditus Ioannes Vignolus in sua dissertatione de Columnâ Antonianâ nuperrimè delexit. 77